BERNOLDUS CONSTANTIENSIS. PS. ISIDORUS MERCATOR. BONIFATIUS. GREGORIUS MAGNUS. CANONES. LORCHER FäLSCHUNGEN. BERNARDUS CONSTANTIENSIS

Mitte 12. Jh. (nach 1107 [vgl. Bl. 86r-v]) Seite 92r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36815
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Beatus paulus apostolus in epistola sua evidentissime nobis prescribit quod apud antiquos presbyteros et episcopos idem fuerunt. Scribens senioribus ad titum de ordinatione episcoporum precipit ut constituat per singulos ciuitates presbyteros et statim quales esse debeant ordinari. subnectit dicens: Oportet episcopum inreprehensibilem esse. Item timotheo. Noli negligere gratiam que in te est que data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. Cui in sequentibus dicit. nemini cito manum imposueris quod proprie est episcopi. In his uerbis apostolus satis apte notauit. quod antiquitus idem fuerit presbyter et episcopus iuxta quod ambrosius et ieronimus eundem apostolum in eisdem sententiis commentati sunt. Idem in epistola ad philippenses presbyteros sub nomine episcoporum salutat dicens. Paulus et timotheus serui xpi ihu omnibus sanctis qui sunt philippis episcopis cum diaconibus. Hanc iuxta ieronimum philippis una ciuitas est macedonie. que plures episcopos habere non potuit. In actibus apostolorum quoque legitur apostolus uocasse presbyteros ephesiorum quos episcopos a spiritu sancto positos esse intuetur. uidelicet uni ciuitatis presbyteros uocans episcopos. Item princeps apostolorum Petrus in epistola sua. presbyteros inquit inuito bpeo conpresbyter et testis passionum xpi. Item iohes apostolus et euangelista scribens ex sui persona. presbyter inquit electe dne et filius eius. Item in alia epistola. Presbyter gaio karissimo. His quoque sententiis beato ambrosio et ieronimo attestante probatur euidentissime eundem presbyterum et episcopum antiquitus fuisse. Cur autem postea nomine et officio discrepare ceperint ita ut inter se presbyteros unus specialiter obtinuerit. idem ieronimus super epistolam ad titum satis apte exponit. Postquam inquit unus quisque quos baptizauerat suos esse putabat. into to decretum est orbe ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris. ad quem omnis cura ecclesie pertineret. et scismatum semina tollerent. Et infra. paulatim ut dissensionum semina euellerentur ad unum omnis sollicitudo delata est. Sicut quoque presbyteri scientes se ex consuetudine ecclesie ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos. ita episcopi nouerint se magis ex consuetudine quam dispositionis dominica ueritate presbyteris esse maiores et in comune debere ecclesiam regere. imitantes moysen. qui cum haberet potestatem solus populum per ppl o israel. lxx elegit. cum quibus ppl m iudicare. Cum quoque presbyteri et episcopi antiquitus idem fuisse legantur. et in eandem ligandi atque soluendi potestatem et alia nec episcopis specialia